



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad  
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Oddo conf. S. Nicon M. S. Liberatus cum Vxore & FF. M. 23. Mart.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

1. S. Oddo seu Ottho strenuus tem-  
pore Schismatis pro Alexandro III.  
Papa aduersus Antipapam & Frid.  
Imp. miles, captus è squalore diutini  
carceris inuocato S. Bernardo miracu-  
lose liber factus Arianum concessit  
ad solitariam vitam colendam. In ea  
tamen alijs profuit. Nam Arianis Ia-  
ni bifrontis signo mire exultantibus,  
suasit vt Christi icone pro ea gloriarẽ-  
tur, melioremque, quod euenit fortu-  
nam experirentur. Obiit demum, &  
ab Arianesibus eximie honoratur.

2. S. Nicon Neapolitanus à Matre  
Crucis signum edoctus, eius virtute  
cum hostibus confligens victor eua-  
sit. Inde in æremũ concedens ab An-  
gelo euocatus ad peregrinationes  
Martyrii palmã in Sicilia adeptus fuit.

3. S. Liberatus Medicus cum vxore  
& filijs sub vvandalica persecutio-  
ne Carthagine est Coronatus.



S. Oddo conf. S. Nicon M. S. Liberatus  
cum Vxore & FF. M 23 Mart.



Obferuantia Mandatorum.

Quid iugo Christi suavius? bonum  
velle, amare omnes, odiffe malum.  
Hilarius.

S. tuus Dne Oddo (Nicon. Liberatus  
cum vxore & filijs MM ) sua nos in  
intercessione latificet, & pia faciat so-  
lemnitate gaudere, Per D N. I Chr. &c.  
Ora pro concordia Principum Chr.